Precedentis doloris etiam in ewangelio denotatur
Ubi parabola de muliere querente dragmam recitatur
Que habens decem dragmas unam amisit
Et accendens lucernam eam diligenter quesiuit
Et cum inuenisset eam gauisa est et exultabat
Amicos suos ad congratulandum sibi inuitabat
Per hanc mulierem maria congrue designabatur
Que in hoc mundo decem habuisse dragmas comprobatur
De quibus unam aliqualiter videtur amisisse
Et alias nouem semper sibi retinuisse
Nouem dragme sunt presencia spirituum beatorum
Qui semper ad eam veniebat de nouem choris angelorum
Decima fuit presencia humanitatis saluatoris
Quam amisit quodammodo in die ascensionis
Hanc valde diligenter multis annis quesiuit
Quando omnia loca filii sui cum luctu circuiuit
Tandem inuenit eum in sua assumpcione
Quando data est eterna Christi fruicione
Lucernam quando eum quesiuit accendit
Per quam designatur bonum exemplum quod ostendit
Nam conuersacio eius tamquam lucerna ardebat
Et cunctis exemplum boni et viam vite ostendebat
Predicta ergo loca debemus exemplo eius perambulare
Et compassionem Christi recolendo feruenter deplorare
Et si nequiuimus ea perambulare corporaliter
Perambulemus ea saltim deuoto corde spiritualiter

Ein frowe hette zehen pfennige die verlor einen vnd suchte in

Der smertze vnd das weinen marien wurt ouch bezeichet in dem ewangelio Do man liset von der frowen die do hette zehen pfennige vnd einen verlor Die en zunte eine luzerne vnd suchte in ernstlichen Vnd do si in vant Do was si fro Vnd hies ir nachgeburen das sie sich alle mit ir frowetent By der frowen wurt maria bezeichent Die in dirre welt zehen pfennige hette Der

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/speculum1436/0202
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg